288

R.P.R. SERV. ARHIVELOR STATULUI DEPOZIT

Nos Sigismundus Dei gratia Transsyluaniæ, Moldauiæ, Valachiæ transalpinæ, et Sacri Romani imperij Princeps, partium regni Hungariæ Dominus, aurei velleris Eques, et Siculorum Comes. &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit, vniuersis, Quod nos cum præsentis turbulenti temporis statum, et conditionem considerantes, et in animo nro diligenter reuoluentes, tum vero moti singulari illa pietate, et clementia nra, qua erga Magnificam Barbaram Ferezy Consortem Magnifici Stephani Josica Cancellarij, et Consiliarij nri, consanguineam autem nram afficimur: Totale, et integras Castellum, dominium et curiam Nobilitar in Gberend, ac porciones possessionar, et prædial, in eadem Gberend, necnon Olablona, Gyerbegi, Gberendkereztur, Stadrero, Corke, Kecze, Vaidazegh Zekéd, Alsoirogbed, et Keozepseoerogbed vocatis possessionibus, item prædio Gberendzentbmarton nuncupato, omnino in comitatu Thorden existen habitas, iamfato Stephano Josica, partim nomine, et titulo notæ infidelitatis quondam Joannis Gberendij, de prænotata Gberend, per nos in perpetuum donatas, partim vero de manibus Magnifici Nicolai Apaffij de Apanagyfalwa, Comitis comitatus dekerekoelleo, et Consiliarij nri, via perennalis concambialis permutationis, ad manus nras receptas, et applicatas, ipsiq; Stephano Josica à nobis iure perpetuo datas, et collatas: Totum præterea, et omne ius Regium, si quod in præscriptis, Castello, domoq;, et curia Nobilitar, ac porcionibus possessionar, et prædial qualitercunq; esset, aut eadem, et eadem nram ex quibuscunq; causis, vijs, modis, et rationibus concernerent collatione simul cum cunctis vtilitatibus, et pertinentijs suis quibuslibet, terris sest arabilibus, cultis, et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, sylvis, nemor, montibus, vallibus, vineis, vinearunq; promontor, aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarunq; decursibus, molendinis, et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum, et pertinentiar suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad prænarratas, Castellum, dominium, et curiam nobilitar, ac porciones possessionar, et prædial, autelatumq; ius Regium, in eis qualitercunq; habitum, de iure, et ab antiquo spectan, et pertinere deben, sub iuis veris metis, et antiquis limitibus existun. Porro thelonijs, vadis, ac decimis, et omnis vini, et frugum, omniumq; blador, et terra nascentium, atq; aquor, et aqum, cæteraruq; rerum decimari, et nonari solitarum, in eo casu, si amotato Stephano Josica, in hisce futuris, vel futuris disturbior temporibus, bellorumq; tumultibus, humanitus aliquid contingeret, memoratæ Barbaræ Ferezy, ipsumq; haeredibus et posteritatibus vtrusq; sexus vniuersis, fauenter dedimus, donauimus, et contulimus, imo damus, donamus, et conferimus, iure perpetuo, et irreuocabiliter tenen, possiden, pariter et haben, salvo iure alieno, harum nrarum vigore, et testimonio litarum median. Datum Albæ Iul. die vigesima quinta die mensis Augusti. Anno Domini millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo Septimo.

Sigismundus Princeps

Stephanus Josica
Cancell.

1597.

IV/70.

Lucas Varadij, Secretar.

Iv.

Iv.

Jorendi Donatio

~~Iam integra possessione~~
~~[illegible]~~
~~[illegible] et [illegible]~~
~~omnino in Codd Theodosi.~~